

8. Ne fiant sicut patres eorum: generatio prava & exasperans.
 Generatio, quæ non direxit cor suum: & non est creditus cum Deo spiritus eius.
 9. Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum: conversi sunt in die belli.
 10. Non custodierunt testamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.
 11. Et oblit sunt benefactorum eius, & mirabilem eius quæ ostendit eis.
 12. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.
 * Exod. 14. 13. * Terravit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in utre.
 22. 14. Et deduxit eos in nube diei: & totâ nocte in illuminatione ignis.
 * Exod. 17. 6. 15. * Interrupit petram in eremo: & adaquavit eos velut in abyso multa.
 * Psal. 104. 41. 16. Et eduxit aquam de petra: & deduxit tamquam flumina aquas.
 17. Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitaverunt Excelsum in inaquoso.
 18. Et tentaverunt Deum, in cordibus suis: ut peterent escas animabus suis.
 19. Et malè locuti sunt de Deo: dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?
 20. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?
 * Num. 11. 1. 21. * Ideò audivit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israël:
 22. Quia non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutari eius:
 23. Et mandavit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit.
 * Exod. 16. 4. 24. * Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.
 * Num. 11. 7. 31. 25. * Panem angelorum manducavit homo: cibaria misit eis in abundantia.
 * Ioan. 6. 31. 26. * Transulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africum.
 * 1. Cor. 10. 3. 27. Et pluit super eos sicut pulverem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.
 * Num. 11. 33. 28. Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.
 29. Et manducaverunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis:
 30. non sunt fraudati a desiderio suo.
 * Num. 11. 33. * Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos.
 Et occidit pingues eorum, & electos Israël impediit.
 32. In omnibus his peccaverunt adhuc,

& non crediderunt in mirabilibus eius.
 33. Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.
 34. Cum occideret eos, quærebant eum: & revertentur, & diluculo veniebant ad eum.
 35. Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est.
 36. Et dilexerunt eum in ore suo, & linguâ suâ mentiti sunt ei:
 37. Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
 38. Ipse autem est misericors, & propitijs fiet peccatis eorum: & non disperdet eos.
 Et abundavit ut averteret iram suam: & non accendit omnem iram suam:
 39. Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens.
 40. Quoties exacerbaverunt eum in deserto, in iram concitaverunt eum in inaquoso?
 41. Et conversi sunt, & tentaverunt Deum: & sanctum Israël exacerbaverunt.
 42. Non sunt recordati manus eius, die quâ redemit eos de manu tribunalis,
 43. Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.
 44. * Et convertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent.
 * Exod. 7. 40. 45. * Misit in eos cœnomyiam, & comêdit eos: * & ranam, & disperdidit eos.
 * Exod. 8. 24. 46. * Et dedit ærugini fructus eorum: & labores eorum locustæ.
 * Exod. 10. 15. 47. * Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.
 * Exod. 9. 25. 48. Et tradidit grandini iumenta eorum: & possessionem eorum igni.
 49. Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem, & iram, & tribulationem: immissiones per angelos malos.
 50. Viam fecit semite iræ suæ, non percipit a mortè animabus eorum: & iumenta eorum in morte conclusit.
 51. * Et percussit omne primogenium in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
 * Exod. 12. 29. 52. Et abstulit sicut oves populum suum: & perduxit eos tamquam gregem in deserto.
 53. Et deduxit eos in spe, & non timeverunt: * & inimicos eorum operuit mare.
 * Exod. 14. 27. 54. Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem, quem acquisivit dextera eius,
 Et

* Jer. 13. 6. & 7. Et elecit a facie eorum Gentes: & sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.
 55. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israël.
 56. Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum excelsum: & testimonia eius non custodierunt.
 57. Et averterunt se, & non servaverunt pactum: quemadmodum patres eorum, conversi sunt in arcum pravum.
 58. In iram concitaverunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad emulationem eum provocaverunt.
 59. Audivit Deus, & sprevit: & ad nihil redegit valde Israël.
 * 1. Reg. 4. 4. 60. * Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.
 * Jer. 7. 12. 14. 6. 61. Et tradidit in captivitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
 62. Et conclusit in gladio populum suum: & hereditatem suam sprevit.
 63. Iuvenes eorum comêdit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.
 64. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & vidua eorum non plorabantur.
 65. Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino.
 66. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
 67. Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Ephraim non elegit.
 * Silo enim in Ephraimitica Iosephi tribu, a qua translatum est Tabernaculum primò.
 68. Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.
 69. Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra, quam fundavit in sæcula.
 70. Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium: de post fortantes accepit eum.
 71. Pascere Iacob servum suum, & Israël hereditatem suam: & in intellectu cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.
 ARGUMENTUM.
 Populus deploret pollutam urbem & templum, factisque suorum caedes. Parem vicem gentibus impetratur; Deo laudes promittens.
 r. Psalmus Asaph. LXXVIII.
 Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum san-

ctum tuum: poverunt Ierusalem in polorum custodiam.
 2. Posuerunt morticina servorum tuorum, escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.
 3. Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.
 4. Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.
 5. Usquequò Domine irascèris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?
 6. * Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non noverunt: & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.
 7. Quia comederunt Iacob: & locum eius desolaverunt.
 8. * Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipet nos misericordie tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.
 9. Aduva nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitijs esto peccatis nostris, propter nomen tuum.
 10. Ne forte dicant in Gentibus: Ubi est Deus eorum? & intotescat in nationibus coram oculis nostris.
 Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est:
 11. introëat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
 Secundùm magnitudinem brachij tui, posside filios mortificatorum.
 12. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improprium ipsorum, quod exprôbaverunt tibi Domine.
 13. Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum: In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam.
 ARGUMENTUM.
 Populus ab hostibus vexatus, iram Dei deprecatur. Orat ut quos ex Ægypto transtulit, velit tueri, præcipue filium dextere suæ, id est Christum, & Christi membra.
 1. In finem, Pro iis, qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus.
 LXXIX.
 2. QUI regis Israël, intende: qui deducis velut ovem Ioseph.
 Qui sedes super cherubim, manifestare

- 3. coram Ephraim, Benjamin, & Manasse.
- 4. Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.
- 5. Deus converte nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus.
- 6. Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem servi tui?
- 7. Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in mensura?
- 8. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannaverunt nos.
- 9. Deus virtutum converte nos: & ostende faciem tuam: & salvi erimus.
- 10. Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti Gentes, & plantasti eam.
- 11. Dux itineris fuisti in conspectu eius: plantasti radices eius, & implevit terram.
- 12. Operuit montes umbra eius: & arbuta eius cedros Dei.
- 13. Extendit palmites suos usque ad mare: & usque ad flumen propagines eius.
- 14. Ut quid destruxisti maceriam eius: & vindemiam eam omnes, qui prætergrediuntur viam?
- 15. Exterminavit eam aper de silva: & singularis ferus depastus est eam.
- 16. Deus virtutum converterte: respice de celo, & vide, & visita vineam istam.
- 17. Et perforce eam, quam plantavit dextera tua: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.
- 18. Incensa igni, & suffosa ab increpatione vultus tui peribunt.
- 19. Fiat manus tua super virum dexterae tuae: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.
- 20. Incensa igni, & suffosa ab increpatione vultus tui peribunt.
- 21. Et non discidemus a te, vivificabis nos: & nomen tuum invocabimus.
- 22. Domine Deus virtutum converte nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus.

ARGUMENTUM.

Celebrat beneficium liberationis ex Ægypto.

Deinde Deum denuntiantem inducit, si sibi non obtemperetur, calamitatem; si obtemperetur felicitatem.

In finem,

1. Pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph.

2. Exultate Deo adiutori nostro: iubilare Deo Iacob.

- 3. Sumite psalmum, & date tympanum; psalterium iucundum cum cithara.
- 4. Buccinate in Neomenia tuba, in signi die solemnitatis vestrae:
- 5. Quia præceptum in Israël est: & iudicium Deo Iacob.
- 6. *Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de Terra Ægypti: linguam, quam non noverat, audivit. * Gen. 41.
- 7. Divertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino servierunt.
- 8. In tribulatione invocasti me, & liberavi te: exaudivi te in abscondito tempestatis: * probavi te apud aquam contradictionis. * Exod. 17.
- 9. Audi populus meus, & contestabor te: Israël si audieris me, * Exod. 20.
- 10. non * erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.
- 11. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud.
- 12. Et non audivit populus meus vocem meam: & Israël non intendit mihi.
- 13. * Et dimisi eos secundum desideria * cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. * Ab. 14.
- 14. * Si populus meus audisset me: Israël si in viis meis ambulasset: * Bar. 3. 13.
- 15. Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.
- 16. Inimici Domini mentis sunt ei: & erit tempus eorum in secula.
- 17. Et cibavit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturavit eos.

ARGUMENTUM.

Iniuste iura administrantibus exitium minatur, precans Christi adventum, qui id serio præstet.

- 1. Psalmus Asaph. LXXXI.
- 2. Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.
- 3. Usquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis?
- 4. Iudicate egento, & pupillo: humilem, & pauperem iustificare.
- 5. * Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate. * Prov. 24.
- 6. Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulat: movebuntur omnia fundamenta terrae.
- 7. * Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi * omnes. * Ioan. 10.

ARGUMENTUM. *Spirat ex exilio in templum, ut in eo Deum possit colere. Beatos esse qui non carent usu religionis.*

In finem, 1. Pro torcularibus filiis Core, Psalmus. LXXXIII.

- 2. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.
- 3. Etenim passer invenit sibi domum: & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos. Altaria tua Domine virtutum: rex meus, & Deus meus.
- 4. Beati, qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te.
- 5. Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit. in valle lacrymarum in loco, quem posuit.
- 6. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.
- 7. Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.
- 8. Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.
- 9. Quia melior est dies una in atris tuis super millia.
- 10. Elegi abiectus esse in domo Dei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
- 11. Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriam dabit Dominus.
- 12. Non privabit bonis eos, qui ambulat in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

7. Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis. 8. Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus Gentibus.

ARGUMENTUM. *Ismaelitici, Saraceni, & ceteris, eorum partes contra Ecclesiam sequentibus, exitium precatur. Psalmus est propheticus.*

1. Canticum Psalmi Asaph. LXXXII.

- 2. Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.
- 3. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.
- 4. Super populum tuum malignaverunt consilium: & cogitaverunt adversus sanctos tuos.
- 5. Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israël ultra.
- 6. Quoniam cogitaverunt unanimiter: simul adversum te testamentum disposuerunt.
- 7. Tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ: Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.
- 8. Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.
- 9. Facillis sicut * Madian, * & Sisara: sicut * Iabin in torrente Cisson.
- 10. Disperierunt in Endor: facti sunt ut stercus terræ.
- 11. * Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & * Zebec, & Salmana: Omnes principes eorum.
- 12. Qui dixerunt: Hereditate possideamus Sanctuarium Dei.
- 13. Deus meus pone illos ut rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.
- 14. Sicut ignis, qui comburit silvam: & sicut flamma comburens montes.
- 15. Ita persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos.
- 16. Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum, Domine.
- 17. Erubescant, & conturbentur in seculum sæculi: & confundantur, & pereant.
- 18. Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus in omni terra.

* Iudic. 7. 22. * Iudic. 4. 15. * Iudic. 4. 24. * Iudic. 7. 25. * Iudic. 8. 21.

- 5. Converte nos Deus salutaris noster: & averte iram tuam a nobis.
- 6. Numquid in aeternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
- 7. Deus tu conversus vivificabis nos: & plebs tua laetabitur in te.
- 8. Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.
- 9. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
- Et super sanctos suos: & in eos, qui convertuntur ad cor.
- 10. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.
- 11. Misericordia, & veritas obviaverunt sibi: iustitia, & pax osculatae sunt.
- 12. Veritas de terra orta est: & iustitia de caelo prospexit.
- 13. Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.
- 14. Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

ARGUMENTUM.

Christus Patrem precatur, ut se ab hostibus defendat, omnes gentes ipsum adoraturas.

- Oratio ipsi David. LXXXV.
- 1. Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego.
- 2. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.
- 3. Miserere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die.
- 4. Iustificam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.
- 5. * Quoniam tu Domine suavis, & mitis: & multa misericordiae omnibus invocantibus te.
- 6. Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meae.
- 7. In die tribulationis meae clamavi ad te: quia exaudisti me,
- 8. Non est similis tui in diis Domine: & non est secundum opera tua.
- 9. Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.
- 10. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.
- 11. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: laetetur cor

* Joel. 2. 13.

- meum ut timeat nomen tuum.
- 12. Constitute tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in aeternum.
- 13. Quia misericordia tua magna est super me: & eruisi animam meam ex inferno inferiori.
- 14. Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quaesierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu tuo.
- 15. Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens, & multa misericordiae, & verax.
- 16. Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & salvum fac filium ancillae tuae.
- 17. Fac mecum signum in bonum, ut videam qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuvisti me, & consolatus es me.

ARGUMENTUM.

Sionem, id est, Ecclesiam fore gloriosam. Civium illius numerum fore infinitum & felitem. Psalmus est Propheticus.

- 1. Filiis Core, Psalmus Canticae LXXXVI.
- Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.
- 3. Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.
- 4. Memor ero Rahab, & Babylonis scientium me.
- Ecce alienigenae, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic.
- 5. Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus?
- 6. Dominus narrabit in scripturis populorum: & principum: horum, qui fuerunt in ea.
- 7. Sicut letantium omnium habitatio est in te.

ARGUMENTUM.

Christus ab inimicis vexatus, ab amicis destitutus opem Patris implorat, Aegrotis & afflictis congruit.

- Canticum Psalmi.
- 1. Filiis Core, in finem, pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahite. LXXXVII.
- 2. Domine Deus salutis meae: in die clamavi, & nocte coram te.
- 3. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad preces meas.

- 4. Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquavit.
- 5. Assimatus sum cum descenditibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio.
- 6. Inter mortuos liber, sicut vulnerati dormientes in sepulchris: quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.
- 7. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebris, & in umbra mortis.
- 8. Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.
- 9. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi.
- Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt pro inopia.
- Clamavi ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.
- 11. Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?
- 12. Numquid narrabit aliquis in sepulchro: misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?
- 13. Numquid cognoscerunt in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra oblivionis?
- 14. Et ego ad te Domine clamavi: & mane oratio mea praevenerit te.
- 15. Ut quid Domine repellis orationem meam: avertis faciem tuam a me?
- 16. Pauper sum ego, & in laboribus a juventute mea: exaltatus autem, humillatus sum & conturbatus.
- 17. In me transierunt irae tuae: & terrores tui conturbaverunt me.
- 18. Circumdederunt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul.
- 19. Elongasti a me amicum, & proximum: & notos meos a miseria.

ARGUMENTUM.

Cantit misericordias Domini, potentiam, promissiones sibi factas. Deinde queritur post tot promissiones Christum differri, suum populum, suam domum & familiam externis Gentibus exponi, orans ut sui recordetur.

- 1. Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum.
- 2. Misericordias Domini in aeternum cantabo.
- In generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.
- 3. Quoniam dixisti: In aeternum misericordia edificabitur in caelis: praeparabitur veritas tua in eis.
- 4. Disposui testamentum electis meis, iuravi David servo meo: iuravi quod in aeternum praeparabo semen tuum.
- 5. Et edificabo in generationem, & generationem sedem tuam.
- 6. Confitebuntur caeli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
- 7. Quoniam quis in nubibus aequabitur Domino: similis erit Deo in filiis Dei?
- 8. Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.
- 9. Domine Deus virtutum: quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.
- 10. Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.
- 11. Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum: in brachio virtutis tuae dispersisti inimicos tuos.
- 12. * Tui sunt caeli, & tua est terra, orbem terrae & plenitudinem eius tu fundasti.
- 13. aquilonem, & mare tu creasti, non Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.
- 14. tuum brachium cum potentia.
- 15. iustitia & iudicium preparatio sedis tuae.
- 16. Misericordia & veritas praecedent faciem tuam.
- 17. beatus populus, qui scit iubilationem Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.
- 18. Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exultabunt cornu nostrum.
- 19. Quia Domini est assumptio nostrae: & sancti Israel regis nostri.
- 20. Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti: Posui adiutorium in potente: & exaltavi electum de plebe mea.
- 21. * Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum.
- 22. Manus enim meae auxiliabunt ei: & brachium meum confortabit eum.
- 23. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

* 2. Reg. 7. 12.

* Gen. 1. 1.

* 1. Reg. 16. 1. 12.

Act. 13. 22.

24. Et concludam a facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam convertam.
25. Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.
26. Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.
27. Ipse invocabit me: Pater meus es tu: Deus meus, & susceptor salutis meae.
28. Et ego primogenitum ponam illum excelsum prae regibus terrae.
29. In æternum servabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.
30. Et ponam in sæculum sæculi semen eius: & thronum eius sicut dies cæli.
31. Si autem dereliquerint filij eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulaverint:
32. Si iustitias meas profanaverint: & mandata mea non custodierint:
33. Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.
34. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea:
35. Neque profanabo testamentum meum: & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.
36. Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar:
37. semen eius in æternum manebit.
38. Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, * & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis.
39. Tu verò repulisti & despexisti: distulisti Christum tuum.
40. Evertisti testamentum servi tui: profanasti in terra Sanctuarium eius.
41. Destruixisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.
42. Diriperunt eum omnes transientes viam: factus est opprobrium vicinis suis.
43. Exaltasti dexteram deprimentium eum: letificasti omnes inimicos eius.
44. Avertisti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.
45. Destruixisti eum ab emundatione: & sedem eius in terram collisisti.
46. Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.
47. Usquequò Domine avertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua?
48. Memorare quæ mea substantia: numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?
49. Quis est homo, qui vivet, & non

* 2. Reg. 7. 16.

videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?

50. Ubi sunt misericordiae tuæ antiquæ Domine, * sicut iurasti David in veritate tua? * 2. Reg. 7. 11.

51. Memor esto Domine opprobrij servorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium.

52. Quod exprobraverunt inimici tui Domine, quod exprobraverunt commutationem Christi tui.

53. Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat.

ARGUMENTUM.

Inanem & fugacem esse hominum vitam. Proinde Deum orat, ut saltem eis reconcilietur, & eorum opera dirigat atque perficiat.

1. Oratio Moysi hominis Dei.

LXXXIX.

Domine, refugium factus es nobis a generatione in generationem.

2. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: a sæculo & usque in sæculum tu es Deus.

3. Ne avertas hominem in humilitatem: & dixisti: Convertimini filij hominum.

4. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesternæ, quæ præteritis. Et custodia in nocte,

5. quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

6. Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & areseat.

7. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

8. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

9. Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.

10. * dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

11. Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.

12. Quoniam supervenit mansuetudo: & corripiemur.

11. Quis novit potestatem iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuam

12. dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.

* Eccli. 18. 8.

13. Con-

LIBER PSALMORUM. LXXXIX. XC. XCI. XCII.

559

13. Convertere Domine usquequò? & deprecabilis esto super servos tuos.

14. Repleti sumus manè misericordiâ tuâ: & exultavimus; & delectati sumus omnibus diebus nostris.

15. Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.

16. Humiliter in servos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

17. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

ARGUMENTUM.

Laus Cantici David. XC. Ab omnibus periculis & hostibus esse securos, qui sunt in Dei tutela.

Laus Cantici David. XC.

QUI habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

2. Dicit Domino: Susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

3. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, & a verbo aspero.

4. Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

5. Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno,

6. A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & demonio meridiano.

7. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

8. Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

9. Quoniam tu es Domine spes mea: Altissimum posuisti refugium tuum.

10. Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

11. * Quoniam angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

12. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

13. Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.

14. Quoniam in me speravit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

15. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.

* Matth. 4. 6. Luc. 4. 10.

16. Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutarem meum.

ARGUMENTUM.

Deum collaudandum, quòd eius omnia sint magna, malos perdat, bonos servet.

Psalmus Cantici,

in die Sabbati. XCI.

BONUM est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime.

3. Ad annunciandum manè misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.

4. In decachordo, psalterio: cum cantico, in cithara.

5. Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

6. Quam magnificata sunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ:

7. Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hæc.

8. Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum: & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem:

9. Ut intereat in sæculum sæculi: tu autem Altissimus in æternum Domine.

10. Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.

11. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia uberi.

12. Et despexit oculus meus inimicos meos: & in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

13. Iustus, ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.

14. Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebut.

15. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: & bene patientes erunt.

16. ut annuncient: Quoniam rectus Dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo.

ARGUMENTUM.

Dei præstantiam & legem extollit.

Laus Cantici ipsi David in die ante sabbatum, quando fundata est terra. XCII.

Dominus regnavit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Et-

Etenim firmavit orbem terrae, qui non commovebitur.
2. Parata sedes tua ex tunc: a saeculo tu es.
3. Elevaverunt flumina Domine: elevaverunt flumina vocem suam.
4. a vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.
5. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

ARGUMENTUM.

Precaur, ut superbos & impios puniat. Et id sibi Deique populo promittit.

Psalmus ipsi David,

Quarta sabbati. XCIII.
Deus ultionum Domine: Deus ultionum libere egit.
2. Exaltare, qui iudicas terram: redde retributionem superbis.
3. Usquequò peccatores Domine: usquequò peccatores gloriabuntur?
4. Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur iniustitiam?
5. Populum tuum Domine humiliaverunt: & hereditatem tuam vexaverunt.
6. Viduam, & advenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.
7. Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.
8. Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.
9. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?
10. Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?
11. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.
12. Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.
13. Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fovea.
14. Quia non repellet Dominus plebem suam: & hereditatem suam non derelinquet.
15. Quoadusque iustitia convertatur in iudicium: & qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.
16. Quis consurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

17. Nisi quia Dominus adiuvit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
18. Si dicebam: Motus es pes meus: misericordia tua Domine adiuvabat me.
19. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuae latificaverunt animam meam.
20. Numquid adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?
21. Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.
22. Et factus est mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meae.
23. Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.

ARGUMENTUM.

Hortatur ut Christum Deum & regem colant, eique pareant, tum ob antiqua creationis beneficia, tum ob ipsius incarnationem, ne ut patres ex Aegypto egressi, sibi introitum ad requiem præcludant. Hebr. 3. & 4.

Laus Cantici ipsi David. XCIV.

V. Enite, exultem Domino: iubilem Deo salutaris nostro:
2. Præoccupemus faciem eius in confessione: & in psalmis iubilem ei.
3. Quoniam Deus magnus Dominus: & rex magnus super omnes deos.
4. Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.
5. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus eius formaverunt.
6. Venite adoremus, & procidamus: & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.
7. Quia ipse est Dominus Deus noster: & nos populus pascuæ eius, & oves manus eius.
8. * Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.
9. Sicut in irratione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me, & viderunt opera mea.
10. * Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.
11. Et isti non cognoverunt vias meas: * ut iuravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

* Hebr. 3. 7. & 4. 7. * Num. 14. 34. * Hebr. 4. 3. AR-

ARGUMENTUM.

Omnia incitat ad Christum Dominum extollendum, qui sit homines ex æquo iudicaturus.

Canticum ipsi David,

1. Quando domus edificabatur post captivitatem. (1. Par. 15.) XCV.
Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.
2. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
3. Annunciate inter Gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.
4. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.
5. Quoniam omnes dij Gentium demonia: Dominus autem cælos fecit.
6. Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.
7. Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem.
8. Afferte Domino gloriam nomini eius: Tollite hostias, & introite in atria eius: adorante Domino in atrio sancto eius.
9. Commoveatur a facie eius universa terræ:
10. Dicite in Gentibus quia Dominus regnavit.
11. Et enim correxit orbem terræ qui non commovebitur: iudicabit populos in æquitate.
12. Latentur cæli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo eius:
13. gaudebunt campi, & omnia, que in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna silvarum:
13. a facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.
ARGUMENTUM.
Homines & angelos incitat ad Christum Dominum adorandum, qui sit extremo suo adventu idololatras pudore affecturus, bonisque lucem allaturus. Hebr. 1.
Quando terra eius restituta est. XCVI.
D. Omnis regnavit, exultet terra: latentur insule multa.
2. Nubes, & caligo in circuitu eius:

iustitia, & iudicium correctio sedis eius.
3. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.
4. Illuxerunt fulgura eius orbì terræ: vidit, & commota est terra.
5. Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: a facie Domini omnis terra.
6. Annunciaverunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.
7. * Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis.
* Adorate eum omnes angeli eius:
8. audivit, & lætata est Sion.
Et exultaverunt filiae Iudæ, propter iudicia tua Domine:
9. Quoniam tu Dominus altissimus: super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
10. * Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos.
11. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.
12. Lætami iusti in Domino: & confitemini memorie sanctificationis eius.
ARGUMENTUM.
Invitat ad Deum celebrandum, qui sit Christum omnibus exhibiturus, & per eum orbem iudicaturus.
Psalmus ipsi David. XCVII.
Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit.
Salvavit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.
2. * Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium revelavit iustitiam suam.
3. Recordatus est misericordie suæ, & veritatis suæ domui Israël.
Viderunt omnes termini terre salutare Dei nostri.
4. Iubilante Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.
5. Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi:
6. in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.
Iubilante in conspectu regis Domini:
7. moveatur mare, & plenitudo eius orbis terrarum, & qui habitant in eo.
8. Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt:
9. a conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

* Exod. 20. 4. Lev. 26. 1. Deut. 5. 8. * Hebr. 1. 6. * Amos 5. 15. Rom. 12. 9. * Isaia 50. 10. & 63. 8. Luc. 3. 6.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populus in equitate.

ARGUMENTUM.

Christum, ut Dominum celebrat, & ad eum invocandum, eiusque vestigia adorandum inducit exemplo Moysi, Aaronis, Samuelis.

1. Psalmus ipsi David. XCVIII.

Dominus regnavit, irascantur populi: qui sedet super cherubim, moveatur terra.

2. Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.

3. Confiteatur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est:

4. & honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

5. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.

6. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui invocant nomen eius:

Invocabant Dominum, & ipse exaudivat eos:

7. in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia eius, & praeceptum quod dedit illis.

8. Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.

9. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

ARGUMENTUM.

Ad Dei laudes & cultum omnes cohortatur.

1. Psalmus in confessione. XCIX.

Iubilare Deo omnis terra: servite Domino in letitia.

Introite in conspectu eius, in exultatione.

3. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos: Populus eius, & oves pascuae eius:

4. introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi.

Laudate nomen eius:

5. quoniam suavis est Dominus, in aeternum misericordia eius, & usque in generationem & generationem veritas eius.

ARGUMENTUM.

Probe suae antea vitae rationem Deo proponit, eius extollens gratiam. Iuxta Hebraeos: qui haec exponunt in futuro, se recte victurum vocet. Congruit Christo.

1. Psalmus ipsi David. C.

Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine:

Psallam, & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.

Perambulabam in innocencia cordis mei, in medio domus meae.

3. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes pravaricationis odivi.

Non adhesit mihi cor pravum: declinantem a me malignum non cognoscebam.

5. Detrahentem secretum proximo suo, hunc persequebar.

Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.

6. Oculi mei ad fideles terrae ut sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

7. Non habitabit in medio domus meae qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

8. In matutino interficiebam omnes peccatores terrae: ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

ARGUMENTUM.

Valde mestus orat Christum, terrae callique fundatorem, ut Sionis miseretur; eaque aedificet Ecclesiam, in quam populi & reges ad Deum colendum conveniant.

1. Oratio pauperis, & in conspectu Domini effuderit precem suam. CI.

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

3. Non avertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me:

4. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremum aruerunt.

5. Percussus sum ut fenum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

ARGUMENTUM.

Se, Angelos, & omnia excitat ad innumera beneficia Dei praedicanda.

1. Ipsi David. CII.

Benedic anima mea Domino: & omnia, quae intra me sunt, nomini sancto eius.

2. Benedic anima mea Domino: & noli oblivisci omnes retributiones eius:

3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas:

4. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.

5. Qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aquilae iuventus tua:

6. Faciens misericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

7. Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.

8. * Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multum misericors.

9. Non in perpetuum irascetur: neque in aeternum comminabitur.

10. Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

11. Quoniam secundum altitudinem caeli a terra: corroboravit misericordiam suam super timentes se.

12. Quantum distat Ortus ab occidentem: longe fecit a nobis iniquitates nostras.

13. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se:

14. quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Recordatus est quoniam pulvis sumus: homo, sicut fenum dies eius, tamquam flos agri sic efflorescit.

16. Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognosceat amplius locum suum.

17. Misericordia autem Domini ab aeterno, & usque in aeternum super timentes eum.

18. Et iustitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum eius: Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.

19. Dominus in caelo paravit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur.

20. Benedicite Domino omnes angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

5. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad letandum in letitia gentis tue: ut lauderis cum hereditate tua.
- * Iudith 7.**
19. 6. * Peccavimus cum patribus nostris: iniustus egimus, iniquitatem fecimus.
7. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae.
- Et irritaverunt ascendentes in mare, Mare rubrum.
8. Et salvavit eos propter nomen suum: ut notam faceret potentiam suam.
- * Exod. 14.**
21. 9. * Et increpuit Mare rubrum, & exsiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
10. Et salvavit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.
- * Exod. 14.**
27. 11. * Et operuit aqua tribulantes eos: unus ex eis non remansit.
12. Et crediderunt verbis eius: & laudaverunt laudem eius.
13. Cito fecerunt, oblitum sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.
- * Exod. 17.**
2. 14. * Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentaverunt Deum in iniquo.
- * Num. 11.**
31. 15. * Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.
16. Et irritaverunt Moysen in castris: Aaron sanctum Domini.
- * Num. 16.**
32. 17. * Aperta est terra, & deglutivit Dathan: & operuit super congregationem Abiron.
18. Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.
- * Exod. 32.**
4. 19. * Et fecerunt vitulum in Horeb: & adoraverunt sculptile.
20. Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum.
21. Obliti sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magna in Ægypto,
22. mirabilia in Terra Cham: terribilia in mari rubro.
- * Exod. 32.**
10. 23. * Et dixit ut disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in contradictione in conspectu eius:
- Ut averteret iram eius ne disperderet eos:
24. & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem:
- Non crediderunt verbo eius,
25. & murmuraverunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.
- * Num. 14.**
33. 26. * Et elevavit manum suam super eos: ut prosterneret eos in deserto:
27. Et ut deiceret semen eorum in Na-

- tionibus: & dispergeret eos in regionibus.
28. Et initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum.
29. Et irritaverunt eum in adventionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.
30. * Et stetit Phinees, & placavit: & cessavit quassatio. *** Num. 25.**
7.
31. Et reputatum est ei in iustitiam, in generationem & generationem usque in sempiternum.
32. * Et irritaverunt eum ad Aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos: *** Num. 20.**
10.
33. quia exacerbaverunt spiritum eius. Et distinxit in labiis suis:
34. non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.
35. Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum:
36. & servierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.
37. Et immolaverunt filios suos, & filias suas demoniis.
38. Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan.
- Et infecta est terra in sanguinibus,
39. & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adventionibus suis.
40. Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hereditatem suam.
41. Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.
42. Et tribulaverunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum:
43. saepe liberavit eos.
- Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.
44. Et vidit cum tribularentur: & audivit orationem eorum.
45. * Et memor fuit testamenti sui: *** Deut. 30.**
1.
- poenituit eum secundum multitudinem misericordiae suae.
46. Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.
47. Salvos nos fac Domine Deus noster: & congrega nos de Nationibus:
- Ut confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.
48. Benedictus Dominus Deus Israël a saeculo & usque in saeculum: & dicit omnis populus: Fiat, fiat.

AR-

ARGUMENTUM.

Deum laudandam, qui ex itinere errore, carcere, morbo, navigantium discrimenibus, denique periculis omnibus se invocantes liberet, & bonis cumulet.

- Alleluia. (Iudith 13. 21.) CVI.
1. **C**onfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in saeculum misericordia eius.
2. Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregavit eos:
3. A solis ortu, & occasu: ab aquilone, & mari.
4. Erraverunt in solitudine in iniquos: viam civitatis habitaculi non invenerunt.
5. Esurientes, & sitiientes: anima eorum in ipsiis defecit.
6. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.
7. Et deduxit eos in viam rectam: ut irent in civitatem habitationis.
8. Confiteantur Domino misericordiae eius: & mirabilia eius filiis hominum.
9. Quia satiavit animam inanem: & animam esurientem satiavit bonis.
10. Sedentes in tenebris, & umbrae mortis: vincitos in mendicitate, & ferro.
11. Quia exacerbaverunt eloquia Dei & consilium Altissimi irritaverunt.
12. Et humiliatum est in laboribus eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adiuveret.
13. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberavit eos.
14. Et eduxit eos de tenebris, & umbrae mortis: & vincula eorum dirupit.
15. Confiteantur Domino misericordiae eius: & mirabilia eius filiis hominum.
16. Quia contrivit portas aereas: & velas ferreas confregit.
17. Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.
18. Omnem escam abominatam est anima eorum: & appropinquaverunt usque ad portas mortis.
19. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberavit eos.
20. Misit verbum suum, & sanavit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.
21. Confiteantur Domino misericordiae eius: & mirabilia eius filiis hominum.
22. Et sacrificium sacrificium laudis: &

annuncient opera eius in exultatione.

23. Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis.
24. Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.
25. Dixit, & stetit spiritus procellae: & exaltati sunt fluctus eius.
26. Ascendunt usque ad caelos, & descendunt usque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
27. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum devorata est.
28. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.
29. Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius.
30. Et letati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.
31. Confiteantur Domino misericordiae eius: & mirabilia eius filiis hominum.
32. Et exultent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.
33. Posuit flumina in deserto: & exitus aquarum in sitim.
34. Terram fructiferam in salsuginem, a malitia inhabitantium in ea.
35. Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.
36. Et collocavit illic esurientes: & constituerunt civitatem habitationis.
37. Et seminaverunt agros, & plantaverunt vineas: & fecerunt fructum nativitatis.
38. Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minoravit.
39. Et pauci facti sunt: & vexati sunt a tribulatione malorum, & dolore.
40. Effusa est contemptio super principes: & errare fecit eos in via: & non in via.
41. Et adievit pauperem de inopia: & posuit sicut oves familias.
42. Videbitur recti, & letabuntur: & omnis iniquitas opprobabit os suum: *** Iob 21.**
19.
43. Quis sapiens & custodiet haec? & intelliget misericordias Domini?
- ARGUMENTUM.**
- Ecclesia precatur Deum uti prosperum contra Moabitae, Palaeos, Idumaeos (id est Mahometanos.) Psalmus est propheticus.*
1. Canticum Psalmi ipsi David.
- (Sup. 56. 8.) CVII.
2. **P**ratum eorum meum Deus: paratum eorum meum: cantabo & psallam in gloria mea.

Bbb 2

3. Exur-

3. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculo.
4. Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in nationibus.
5. Quia magna est super cælos misericordia tua: & usque ad nubes veritas tua:
6. Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua:

*Sup. 59.6.

7. * ut liberentur dilecti tui.
Salvum fac dexterâ tuâ, & exaudi me:
8. Deus locutus est in sancto suo: Exultabo, & dividam Sichimam, & convallum tabernaculorum dimetiar.
9. Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus:
10. Moab lebes spei meæ.
In Idumæam extendam calcamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.
11. Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?
12. Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & non exhibis Deus in virtutibus nostris?
13. Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
14. In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

ARGUMENTUM.

Iudæ proditori ceterisque malevolis dignas panas, sibi salutem Christus precatur.

Act. 1. ubi dicitur: et ceteris qui in eum interfecerunt, et ceteris qui in eum interfecerunt, et ceteris qui in eum interfecerunt.

1. In finem, Psalmus David. CVIII.
2. Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me aperit.
3. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me: & expugnaverunt me gratis.
4. Pro eo ut me diligenter, detrahebant mihi: ego autem orabam.
5. Et posuerunt adversum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.
6. Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet a dextris eius.
7. Cum iudicatur, exeat condemnatus. Et oratio eius fiat in peccatum.
8. Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter.
9. Fiant filij eius orphani: & uxor eius vidua.
10. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent: & ejiciantur de habitationibus suis.

11. Scrutetur scenerator omnem substantiam eius: & diripiant alieni labores eius.
12. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.
13. Fiant nati eius in interitum: in generatione una deleatur nomen eius.
14. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.

15. Fiant contra Dominum semper, & dispareat de terra memoria eorum:
16. pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.
17. Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare.
18. Et dilexit maledictionem, & venit ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intravit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.
19. Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur: & sicut zona, quâ semper pracinigitur.
20. Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala adversus animam meam.
21. Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia suavis est misericordia tua.

Libera me
22. quia egenus, & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me.
23. Sicut umbra cum declinat, ablatum sum: & excussus sum sicut locustæ.
24. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.
25. Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & moverunt capita sua.
26. Adiuva me Domine Deus meus: salvum me fac secundum misericordiam tuam.

27. Et sciant quia manus tuæ hæc: & tu Domine fecisti eam.
28. Maledicent illi, & tu benedicis: qui insurgunt in me, confundantur: servus autem tuus letabitur.
29. Induantur qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua.
30. Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.
31. Quia astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam.

AR-

ARGUMENTUM.

Christum ad Patris dexteram sessurum, regnum a Iudæa auspiciatum, Sacerdotio Melchisedech perpetuo functurum, toto orbe victorem dominaturum.

1. Psalmus David. CIX.

Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis:
* 1. Cor. 15. * Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.
25. Hebr. 1. 13. & 10. 13.
2. Virgam virtutis tue emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
3. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.
4. Iuravit Dominus, & non poenitebit eum: * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.
* Ioann. 12. 34. Hebr. 5. 6. & 7. 17.
5. Dominus a dextris tuis, confregit in die ire sue reges.
6. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.
7. De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput.

ARGUMENTUM.

Dominum laudat, qui tot beneficia in Ecclesiam contulit.

Alleluia. CX.

1. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in consilio iustorum, & congregatione.
2. Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius.
3. Confessio & magnificentia opus eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.
4. Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus:
5. escam dedit timentibus se.
Memor erit in sæculum testamenti sui:
6. virtutem operum suorum annuntiabit populo suo:
7. Ut det illis hereditatem gentium: opera manuum eius veritas, & iudicium.
8. Fidelia omnia mandata eius: confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate & aequitate.
9. Redemptionem misit populo suo: mandavit in æternum testamentum suum. Sanctum, & terribile nomen eius:
10. * initium sapientiæ timor Domini.

*Prov. 1. 7. & 9. 17. Eccl. 1. 16.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in sæculum sæculi.

ARGUMENTUM.

Religiosos & beneficos esse beatos, peccatores perituros.

Alleluia, Reversionis Aggei, & Zacharie. CXI.

1. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.
2. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.
3. Gloria, & divitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.
4. Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & iustus.
5. Iucundus homo qui miseretur, & commodat: disponet sermones suos in iudicio: quia in æternum non commovebitur.
6. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.
7. Paratum cor eius sperare in Domino.
8. confirmatum est cor eius: non commovebitur donec despiciat inimicos suos.
9. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.
10. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.

ARGUMENTUM.

Deum laudandum, qui excelsus imâ caret.

Alleluia. CXII.

1. Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.
2. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & usque in sæculum.
3. * A solis ortu usque ad occiduum laudabile nomen Domini.
4. Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.
5. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,
6. & humilia respicit in cælo & in terra?
7. Suscitas a terra inopem, & de stercore erigens pauperem:
8. Ut colloctet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
9. Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Bbb 3 AR-